

clausi propriis muris continentur, ac in reliquis nihil ab indigenis differunt, eorum Magistratibus per omnia subjecti.

In urbem Soceu Benedictus noster exeunte anno supra sæcularem quinto pervenit.

Ex Itinerario Marci Pauli de Venetiis.

VT ea quæ à superioris ævi scriptoribus de regno Sinensi scripta sunt, cum iis quæ ab nostri ævi authoribus sunt prodita comparentur, non abs re existimavi hic quædam subjungere è libris Marci Pauli Veneti, secundum antiquissimam editionem latinam: curiosi poterunt ea cum Italica editione Ramusii conferre. Ordiam autem à Cascar, cujus & Goesius meminit; de qua ita Marcus lib. I. cap. xxxviii. Post hæc pervenitur ad provinciam Cascar quæ Magno